



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

31. S. Petrus Nolascus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

206 XXXI. Januarii. S. Petri Nolasci.

Christi Jesu ovile attrahendô. O nobilis cor! O quam rarum homini,

Instructio meritoria.

Ut meritis S. Francisci obtineamus,
sex actus mansuetudinis reflexè exerceamus unà cum *doloroso Rosario*, quod offeramus pro illis, quos sàpè nostrâ impatienciâ, & indignatione offendimus. Est hæc voluntas Divini Magistri præcipientis: discite à me, non mundum fabricare, non cuncta visibilia, & invisibilia creare, non in ipso mundomirabilia facere, & mortuos suscitare; sed, quoniam mitis sum, & humilis corde.

Festum S. Petri Nolasci Fundatoris S. Ordinis De Misericordia ergâ captivos.

EXHORTATIUNCULA I.

Discamus à S. Petro succurrere proximo. Is S. Ordinem instituit, qui animas servaret vel à tyrannide, vel à dæmone captivas. Quid agit charitas nostra? captivi ò quot adhuc existunt? sed ubi Petri? ubi redemptores? non advertuntur; quia paucissimi. Non quæ



quæ Jesu Christi, & afflitti proximi, sed quæ sua sunt, quæruntur, curantur, & diliguntur. Hinc dominatur & imperat amor sui. Sed vœ regno, cui puer præst!

Instructio meritoria.

Pro incremento, & flore Ordinis tam Charitativi opera totius hodiernæ offeramus diei. Ad noctem gratiarum actionis locò, quod Deus hanc S. familiam submiserit periclitantibus, intonemus vel in templo, vel cellula *Te Deum Laudamus.* Quis non gaudeat de tanto animarum remedio, atque lucro?

II.

Angitur S. Petrus de re domestica. At mox vidit Matrem consolacionis Mariam, & dicentem: Fili! Ne dubita: in paupertate non te deseram: studeas, & servias filio meo, & mihi. Amice! nostras curas, & cœlo, & Mariæ commendemus: erimus inter negotia uti quieti, ita & faustissimi. O chare! quam bonum Patrem! quam piam & Matrem habet

208 XXXI. Januarii. S. Petri Nolasci.

habemus in cœlesti patria! Utamur
sunt paratissimi ad nostra obsequia!

Instructio meritoria.

Hodiernas actiones principaliores in-
choemus à Jesu, & Maria, præmittendo
flexis genibus: *Ave Maris Stella*,
omnésque superfluas curas in Vulnera
Jesu, & Ubera Mariæ abscondendo cum
tessera: *Cœlum providebit!* Quærite
primum regnum Dei.

III.

NOx inimica est animæ: Sed non
piorum. Suaviter dormiunt S.
Petri discipuli: dormientibus assistit
Maria, & ne quid damni inferret dæ-
monis invidia, maternè protegit. Ita
dormire quis non exoptet? Fili! tam
dulciter dormiemus, si nostra ad le-
ctum comes iverit Maria.

Instructio meritoria.

Præparatio pro somno sanctissimo est
ipsa conscientiæ nocturna discussio. Hanc
quotidie præmittamus cum formula vo-
tiva, & Litaniis Lauretanis. Nomen
Mariæ ô potens scutum pro dormien-
tibus!

FE.

